Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



385

quae malam fecerit: omnia ambo nouerunt; Verbum iniquum disposuerunt
aduersus me; Quale uerbum iniquum: Ipsum caput attende; Occidamus
eum & non erit hereditas; Scilicet quomodo non erit hereditas quia occidistis
eum. Ecce occidisti eum & non erit hereditas; Numquid quid dormit
non adicit & ut resurgat; quando uos exultastis occidisse ille dormiuit;
Dicit enim in alio psalmo; Ego dormiui. illi sepelierunt & occidere uoluerunt;
Ego dormiui. Nasi uoluissem nec dormissem; Ego dormiui quia potestatem
habeo ponendi animam meam & potestatem habeo iterum sumendi eam;
Ego dormiui & somnum coepi & exsurrexi. Se urant ergo in dei / tractatur
in manus impiis / caro porrigitur manibus persequentium. suspendant in ligno.
daues transfigant. lancea pfodiant. Nunquid quid dormit non adicit & ut re
surgat. ut quid dormiuit. quia adam forma erat futuri. & adam dormiuit
quando de latere eius eua facta. e; Adam in figura xpi. Eua in figura ecclesiae /
unde est appellata mater uiuorum / quando fabricata est eua dum dormiret
adam; quando de latere xpi sacramenta ecclesiae profluxerunt. Cum dormiret
in cruce. Numquid quid dormit non adicit & ut resurgat. & unde dormiuit / ex illo
quingressus e. ut uideret / congregauit iniquitatem sibi; Etenim homo pacis
meae in quem speraui / qui edebat panes meos amplificauit super me calcaneum; Ex
super me pedem. conculcare meuolunt; Qui est homo pacis ipsius iudas / & in illum
xps speraunt quia dixit in quem speraui. Nec illum ab initio nouerat.
Nec ante quam nasceretur futurum sciebat. Nec omnibus discipulis suis dixerat;
Ego uos duodecim elegi. & unus ex uobis diabolus est; Quomodo ergo in
illum speraunt / Nisi quia in membris ipse est / & quod multi fideles de iuda spera
uerunt. hoc in se transfigurauit dns; Quando enim uidebant iudam multa
qui crediderunt in xpm ambulare inter duodecim discipulos. sperabant
illum aliquid. quia talis erat qualis & coleri; Xps autem qui in membris
suis erat hoc perentib: quomodo in illis est esurientib: & sitientib:; quo
modo dix. Esuriui / sic dix speraui; Proinde sic hic illi dicamus. Dne
quando sperasti. quomodo illi dictum e. Dne quando esuristi. quomodo
uobis dix; Cum unum ex minimis meis fecistis mihi fecistis; sic potest
dicere. cum unus ex minimis meis sperauit. Ego speraui / In quem speraui;
homo pacis met In quem speraui. / qui edebat panes meos. / quomodo ipsum
ostendit in passione / de istis uerbis prophetae pbucellam illud designauit /
ut apparere de illo dictum / qui edebat panes meos / rursus quando
uenit ut traderet eum. Osculum illi dedit ut apparere de illo dictum